



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De disti[n]ct[i]o[n]e tab[er]naculi [et] vtroq[ue] velo. ca. liij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Libri Exod.

De distinctione tabernaculi et utroque velo. **Ca. LIII.**

Tabernaculum hoc

distinctum erat in duas partes. Posterior pars ad occidentem. et cubitum pertendebat. et ita quadra erat in longum. scilicet et in latum et in altum. et cubitum. Hec pars adyctum dicebatur. vel sanctum sancti. vel sanctuarium sanctuarium. vel sancta sanctorum. Anterior pars ad orientem. et cubitum pertendebatur. que communis erat sacerdotibus. et hoc dicebatur sanctum vel sancta. vel sanctuarium. Respectu huius posterior dicebatur sanctum sancti. quasi consecutum sancti. ut dicitur seculum seculi. Vel sanctum sancti. id est sanctus sancto. ut dicitur. Dominus domus. vel rex regum. Ad alteras utrasque partes separandas posite erant in medio quattuor columnae lignis sethim decoratae. capita habentes aurea. et bases argenteas. Tamen Josephus dicit quattuor fuisse tabulas ad modum altaris operatas. equaliter a se invicem distantes. inter quas tres angustae patebant ingressus. Super capita vero columnarum suppositae erant duo vectes decem cubitorum a pariete in pariete protensi. in quibus per circulos aureos immixtum dependebat velum ante quattuor columnas extensum. quod drum in omni parte scilicet decem cubitorum. ut ex omni parte prohiberet aspectum interiorum. Erat autem velum factum de bysso retorta. quod est generis lini candidissimi et mollissimi. et de hyacintho et purpura et cocco bis tincto. id est de filis setis. hyacinthini purpurei et coccinii coloris. opere plumario posita. id est opere acupicti. Pluma enim lingua quadam acus dicitur. scilicet egyptiorum. quorum sunt diverse lingue sicut grecorum. Hoc genus veli vulgo bisstratum dicitur quasi bisstratum. Primum ei fit tela cui cum opere manuale subternunt diverse picturae. Sunt qui dicunt opus plumarum a similitudine avium. quibus superaddita est plumarum varietas. Idem opus dicitur etiam polymitum. a poly quod est multum. pro multitudine picturarum. Erat autem hoc velum pulchra varietate contextum ex universis. ut ait Josephus floribus. quos signis humus. et alij picturis quas poterant interserere pictores. propter autem malum formas. In ingressu vero tabernaculi quaeque columnae erant de lignis sethim decoratae. capita habentes aurea. Bases vero

enaeas. super quas duo vectes. vel unus decem cubitorum pertendebat a pariete in pariete. In utroque capite sui utriusque parietis insertus ad modum trabis in domo. a quo dependebat alium velum per circulos aureos insertum ad modum prioris operatum. Sed secundum Josephum utriusque ad medietatem columnarum dependebat. tegens eas per quaeque cubitos. reliqui quaeque versus ad terram ad ingressum sacerdotum patebant. Super vero dicitur altam cortinam laneam suppositam versus ad terram pringentem. funibus per anulos eam ducentibus et retrahentibus. ut in diebus festis reducta preberet aspectum tabernaculi. In alijs diebus superducta prohiberet aspectum. precipue cum nubilum videret. Textus enim fortis erat et facile labore sustinebat. et in ingressu repleti Salomonis sillem dicitur fuisse appesam. Erat enim interiori sanctuario arca foederis cum his quae in ea reposita dicitur. et cum his quae erant ei supposita. In anteriori quoque candelabum ad austrum mensa ad aquilonem. In medio autem velum non longe ab adycti altare aureum. quod etiam Josephus thuribulum aureum vocat. de quo post dicemus.

De cortinis et Sago. **Capitulum LIII.**

Textum taberna-

culi non concameratum. id est recurvum. sicut in ecclesijs. sed planum ad modum palestine fuit quattuor operimentis aptatum. Primum operimentum fuit cortina decem. que etiam vela vel tentoria vel quaeque tabernaculum vocant. quae erant factae de quattuor predictis coloribus opere plumario. Longitudo cortinae unius erat. et xvij. cubitorum. latitudo quattuor. quae quinq; invicem sibi iungebantur et quaeque similiter. ut quasi due cortinae ex quibus sibi coniunctis redderent. Iungebantur autem ansulis hyacinthinis. quae in vno quoque latere cortinarum disposite altera contra alteram veniebant. et binae anulo aureo colligabantur. sicut ad ornamentum colli fibulae argenteae vel aureae. utraqueque oram capitum solent colligare. Dicit tamen Josephus. anulis aureis et vincinis eas fuisse iunctas. Secundum operimentum erat saga ciliicina. quae et vela vel capillaria quaeque vocantur. que de pilis caprarum quos capillos quandoque dicimus. ad differentiam lane ovium facta erant. de quibus et ciliicia fiunt. Unde et illa saga ciliicina dicta sunt. que per asperitatem saga